Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Henricus Rex Romanorum

J 3. Confirmat nobis omnia iura, priuilegia, libertates, donationes, et gratias prædecessorum suorum Regum Romanorum. ~~j 294~~. j 309. Imperatorum ac Principum.

2.

Idem libertat domum nostram halensem à steura &c.

3.

Confirmat et libertates nostras de theloneo.

Henricus Rex Bohemiæ.

J 5 Henricus iste filius fundatoris, et Elisabeth Regina Romanorum soror eius confirmant nobis omnia iura, libertates, omnes exemptiones, iurisdictiones, et gratias quaslibet fundationi nrae factas. j 327. j 311 N

J 18 N. 1.

2.

J 20 N. 2. Concessit exemptionem à theloneo. j 312.

3.

Quod in flumine Oeni possumus piscari cum nauibus

4.

Quod libere possumus piscari cum omnibus instrumentis in tribus districtibus, Hottenperg, Petersperg, Imbst. j 334.

5.

Eiusdem literæ de possessionibus 10 annis pacifice possessis, ut ~~de~~ iisdem n̄ patiamur impugnationem aut molestiam ab aliquo.

Leopoldus Archidux Austriæ.

J 9 N. 1. Confirmauit literas fundationis, et in teutonicū transtulit. confirmat quoq; oia priuilegia nostra. j 371.

J 11 Leopoldus dicti Leopoldi filius confirmat nobis per omnia quasuis libertates, uti pater eius. j 396.

2.

J 17. N. 2. Idem hospitium nostrum, et alias domos intra septa Monrii liberauit à steuris. j 400.

3.

Idem libertatem à theloneis concessit. j 404.

4.

Idem concessit, ut qui excessit in iudicio nrō, et fugit ad aliud, q possumus eum ibidem cum iudicio inuadere, et dabit nobis tantum, quantum iudici.

5.

Idem concessit quod in festo S. Ioannis Baptistæ forum p nostros homines custodiamus.

6.

Eiusdem litteræ quod Aduocatus de Amacia non sit noster Aduocatus, sed dominium per se.

7.

Mortuis Vicariis nostris, uel amotis, ex eiusdem priuilegio nullus nos prohibere pt in recipiendis rebus eorundem.

8.

Eiusdem literæ, quod possumus recipere à nostris propriis hominibus homagia, uulgo Vodtfall genendt.

9.

Eiusdem literæ, quibus absoluit et libertat nos pro se et suis hæredibus uniuersis, ne aliquis futuris temporibus primarias preces impetret super Ecclias nostras à dominio.

10.

Eiusdem litteræ, quibus præcipit omnibus ministerialibus ~~suis in~~ toto districtu dominii sui, ut Monachos Apostatas nos capere non prohibeant. Imo ipsi per se eosdem fugitiuos capiant, et ad Monrium remittant.

Ludouicus Marchio Brandeburgensis.

J 6 J 18 N. 3. Maritus Margarethæ Multasch, confirmat nobis omnia iura, priuilegia, libertates et literas. j 342

2.

Litteræ eiusdem de theloneo.

3.

Eiusdem litteræ d foro custodiendo p nostros.

4.

Eiusdem et uxoris eius lrae duæ, quod iura census, et seruitia in bonis q nobis offerunt, uel uendunt, non debent augeri per iudices, uel alios quoscunq;.

5.

Recipit nos in protectionem suam.

6.

Res Vicariorum mortuorū, ut amotorum, Monrium capit.

7.

Quod nullus bona nra potest arrestare.